



**Institutiones Canonicæ Sive Ius Ecclesiasticvm**

**Wiestner, Jacob**

**Monachii, 1706**

XX. Nullus uti pluribus defensionibus prohibetur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62649](#)

negotio sibi prohibito, vel ratione statū aut imperitia non convenienti, culpā non vacat; ut propterea non solum ad illati omnīs damni reparationem & resarcitionem injuria teneatur ac valeat conveniri: sed ad panam quoque publicam, pro facti & circumstantiarum qualitate instigandam, trahi possit: & si ad negotium vel manus gerendum idoneus non sit, ab eo debeat removeri. Ratio est; quia rei sive negotio ad se nullō modō pertinēti, aut sibi ratione statū vel imperitiæ non convenienti, vel rei domino prohibente se immiscens illicite agit, c. Tua 19. de Homicidio & l. fin. ff. de Extraord. cognit. qui auctem illicite agit, in culpa est, arg. l. Idem Juris 8. ff. ad L. Aquil. c. Tua cit. & c. Sententiam 9. Ne cler. vel monach.

3. Neque huic Regulæ adversatur Responsum Ulpiani, agri menorem, in arte sua imperiè verantem, de culpa teneri, insificantis, l. 1. ff. Si mensor. fal. mod. dix. quia haec lege JCT. non inficiatur eum esse in culpa: sed solummodo non teneri de levi; quod operam suam ex beneficio præbeat: & quod ei exhibetur, non tam merces quam honorarium reputetur. Ne tamen, si per imperitiam quid fecit, inde damnum patiatur, qui eum adhibendo est deceptus, agri mensor saltem tenetur in subsidium ejus, qui ex falsa mensurazione lucrum cœpit & non est solvendo, l. Si duobus 3. §. 3. ff. eadem Rubr.

4. Neque cum eadem pugnat; quod officium suum nemini debeat esse damnum, c. Cū non deceat 30. pr. de Elec. in 6. & l. Sed si quis 7. ff. Quemadmod. testam. aper. & propterea aliena negotiū gerentibus negotiorum gestorum actionem lex tribuat, l. Si quis absens 2. ff. de Negot. gest. partim; quia, quod ex sua culpa quis sentit damnum, sentire juris consideratione non intelligitur, l. Quod quis ex cul-

p. 203 ff. de R. J. quod ejus causa ipse sit, & à semet inflictum damnum patiatur; partim vero; quia absens negotiū sine mandato, sed in ipsius utilitatem recte gerens in culpa non est; cū enim hominis inter sit, affici hominem beneficio, l. Servus 7. in fine ff. de Servis export. absens non mandantis officium recte gerens se immisserit rei, ad se aliquod modō pertinenti; non quidem quoad lucrum & damnum, sed quoad officium humanitatis. Ut proinde ipsi ad repetendos sumptus in negotio factos actio non immerito detur ialtem, in quantum illud gessit utiliter, l. Sed an ultro 10 ff. & domino non prohibente, l. fin. C. de Negot. ges.

Excipiens à Regula est casus necessitatis; quando enim haec urget, actum à culpa eximit succurrendi obligatio naturalis. Unde clericus in Sacris & Monachus Chirurgiam per incisionem & adustionem, deficientibus aliis ejus artis peritis, exercens irregularitatem non contrahit: quantumvis ex ejusmodi actione mors aut mutilatio sequatur, Covaruvias in Clement. Si furiosus p. 2. §. 4. n. 9. Lai man Lib. 3. tract. 3. p. 3. cap. 10. n. 3. & Palao Tract. 29. disp. 6. p. 15. §. 4. n. 8.

## REGULA XX.

Nullus uti pluribus Defensionibus prohibetur.

## S U M M A R I U M.

1. Consona huic est Regula Civilis.
2. Sensus & ratio ursusque.
3. Reus contraria exceptionibus uti potest:
4. Dummodo eas non afferat absolute veras.
5. Difficultates Regula objecta,
6. Eam

6. Eam firmant & declarant.  
 7. Plures defensiones aliquando lex non  
 permittit.
1. Similis huic est *Regula 43. in Pandectis*, cuius principium est, *Nemo ex  
bu, qui negat se debere, prohibe-  
tur etiam aliâ defensione uti: nisi  
lex impedit.*  
 2. Senitus utriusque est, *Quantumvis  
pluribus actionibus, ejusdem rei nomine  
concurrentibus, unâ quâ debeat experiri,  
Reg. Nemo cit. §. 1. nihilominus, cum al-  
cui lis moveretur super alcujus rei dominio  
vel iure, pro istius conservatione plures titu-  
los vg. donationem transactionem, privile-  
gium, prescriptionem &c. allegare, itâ-  
que pluribus defensionibus uti, sequere tueri  
potest: non quidem, ut ex omnibus id ipsi  
competere judiceret: sed ut, si non suffi-  
ciat unus, alterò vincat & dominium jús-  
ve suum integrum conservet. Ratio hac  
in re, quod actor denegatur, reo per-  
mittendi est; quia ad lus defensionem  
comparata excipiendi facultas quadam-  
modo competit Jure Naturali, l. Ut vim  
3. ff. de J. & J. ut proinde hoc etiam Ju-  
re rei favorabiliore, quam actores, nec  
immerito sint; cum ad judicium actor  
spontè provocet, & benè paratus acce-  
dat: reus verò inopinus & imparatus  
trahatur; ut pronum sit multa, quæ pro  
ipso faciunt præteriti & quandoque alle-  
gari, quæ non profundit vel nequeunt pro-  
bari. Ut adeo miserrima ejus conditio  
foret, si unâ tantum exceptione ad defen-  
sionem suam uti permetteretur contra ge-  
nium Naturæ, quæ irruentem hostem  
quovis telo & quovis modô repellendum  
docet, Alcianus in l. Qui accusare q. C. de  
Edendo n. 15.*
3. Neque diversis duntaxat, sed contrariis quoque exceptionibus se tueri  
reus, tam in criminalibus quam civilibus
- causis potest; cum, ut *Lib. 2. tit. 25. à n.*  
 29. dictum est, de homicidio accusatus,  
 postquam crimen illud à se perpetratum  
 negavit, de eo convictus rursum excipi-  
 endo allegare valeat, occisum fuisse ag-  
 gresorem & inculpatam tutelæ moderamen  
 observatum: & mulieri, virum tan-  
 quam conjugem suum perenti, iste exci-  
 piendo adulterium: & si in istius proba-  
 tionē deficiat, consanguinitatem & ex ista  
 provenientem conjugi nullitatem oppo-  
 nere valeat. Sic etiam parochianus pa-  
 rocho suo super decimis, & Ecclesia vel  
 Monasterium super subjectione ab Epis-  
 copo conventa exemptionis privilegio,  
 & hoc refutatō rei judicatae exceptione  
 se tueri possunt, Dynus hic n. 6. & Perez  
 in C. de Except. n. 28.
- Hoc tamen, de contrariis exceptio- 4.  
 nibus reo permisis, sic accipendum est;  
 ut, cum reus iis vult uti, Imprimis non  
 afferat, eas veras absolute; cum hoc rerum  
 Naturæ repugnet: sed conditionate vel  
 alternativè, vg. Ecclesiam privilegio ex-  
 emptam vel subjectioni prescriptum; ho-  
 minem non occidit, vel id necessariæ  
 corporis tutelæ causâ factum, Covarru-  
 vias *Lib. 1. Var. cap. 5. n. 3.* & Menoch.  
*Lib. 2. presumpt. 42. n. 1.* Deinde; ut  
 ad contrariarum exceptionum probatio-  
 nem non admittatur simul, sed successivè  
 atque ita; ut, si una probata non fuerit,  
 tum demum convolvet ad alterius proba-  
 tionem, Zæsius in Reg. Nemo cit. circa si-  
 nem & Peckius hâc Reg. n. 7.
- Huic tamen contrariarum exceptio- 5.  
 num allegationi, etiam sic temperatæ op-  
 poni solet. Imprimis Regulare dogma,  
*Contraria allegans non est audiendus, l. 1.  
 ff. de Furtis & c. Imputari 13. de Fide In-  
 strument. quô locô contraria instrumenta  
 producens, repulsus est.* Neque id injuri-  
 ã; cum enim non permittatur contra-  
 riorum probatio, eorum etiam, tanquam  
 inanis

Ecc 2

inanis & cassa, allegatio non erit permittenda. Dein decisio Innocentii III. exceptionem præscriptionis post ante rejectionem privilegium, non admittentis, c. *Veniens 19. de Praescripe.* Denum partitas cum appellatione, in qua, licet species defensionis etiam ipsa sit, contrariorum allegatio non sustinetur, arg. l. *Si procuratorio 2. §. 1. ff. Quando appellat.*

6. Sed ista, sicut primò occurrit magnam veri speciem habent, sic penitus inspecta viribus vacua sunt. Primum partim; quia dogma illud proditum est de auctore, i. e. C. de Furtis: non de reo, in judicium perracto & certante de vitando damno: & hoc, quibus potest modis, permisso propulsare, ut vim cit. partim vere; quia, sicut ad contrariarum exceptionum utramque probandam, sic nec ad eas quasi abolutè & simul veras allegandas reus admittitur: sed solummodo ut veras alternative; ut reus, in unius probacione deficiens vel de ejus falsitate convictus, tum demum & re adhuc integrâ alteram proberet. Unde in contrarium non facit c. *Imputari cit.* quia in ejus casu contraria instrumenta producens ideo repulsa est; quod utrumque, ac proinde directè contrarias assertiones, abolute & simul veras ipsa eorum productione fatexi videretur, ut dictum Lib. 2. tit. 22. num. 87.

Alterū, cùm; quia c. *Veniente cit. præscriptionem post privilegium allegavit auctor,* scilicet Abbas, qui Episcopum super inquietatione ac perceptione decimaru[m] convenerat: & ne ab earum perceptione in posterum impediatur, postulavit: tum verè; quia eō relata præscriptio non sicut bona fidei, vel allegata est, postquam ei fuit renuntiatum, ut habet textus & cum Glossa V. Interim notant Innocentius n. 5. & Panormit. n. 18.

Postremum; quia appellans in secun-

da instantia revera sustinet partes & onus actoris: & ratio, ob quam unā tantum actione experiri licet in prima, etiam militat in instantia secunda.

In hac tamen Juris Canonici Regula subaudienda est clausula, *Nisi lex impeciat, expresa in Civili: & excipiendi casus, quibus de noxa servi, de pauperie quadrupedis, de debito, vel pignore, de rei possessione &c, conventus servum, quadrupedem vel chirographum seu scripturam, quā debitum expressum est, sum: aut pignus debitoris, sequē rei, quam vindicare vult, possessorem esse negat;* talis enim, si mendacii convictus alia exceptione uti velit, non audietur, per expresos textus l. *Quotiens 21. §. fin. ff. de Noxal. art. 1. i. §. 15. ff. Si quadrup. paup. fec. Autb. contra C. de Non numer. pec. Autb. Item possessor C. Qui potior. ita pign. l. fin. ff. de R. V. &c.*

### REGVL A XXI.

*Quod semel placuit, amplius displicere non potest.*

### S U M M A R I U M.

1. *Instabile est consilium humanum.*
2. *Sensus & ratio Regula:*
3. *Que locum habet in contractibus:*
4. *In juramentis, votis, ac judiciis,*
5. *In provisionibus beneficiorum & cessionibus &c.*
6. *Consilium mutari potest consensu partis, utriusque,*
7. *Et non raro voluntate unius.*
8. *A Regula exceptiones.*

T Am varium & mutabile hominis consilium est; ut, si Regula istius usus verborum cortici inhareamus, Regula vanitatis redarguenda: & contraria